Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8259
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Dixit eam uiro suo. Ria. Fa. Le. Prima.
Non uadam donec ablactet eam ut
et ducam eum ut appareat in conspectu do
mini. et maneat ibi usque. Et ait hel
chana uir suus. Fac quod bonum tibi uidet
et maue donec ablactes eum. Porro ut
impleat dominus uerbum suum. Tu autem. Lectio.
Mansit ergo mulier domi. et lactauit
puerum suum diligenter. donec ablactauit eum
a lacte. Delibabat eum uotum ad imple
re. quod in conspectu domini fieri uouerat. Igitur
postquam anna ablactauerat puerum. duxit
eum secum in uitulis tribus. et tribus modi
is farine. et amphora uini. et adduxit in
domum domini in silo. Puer autem erat infan
tulus. Et immolauerunt uitulum. et obtule
runt puerum heli. Et dixit anna. Obsecro
mi domine. viuit anima tua. ego sum illa mu
lier que stetit coram te hic orans dominum.